

fertim cum sit affectus chronicus & rebelle magis malum; successivè enim ad evacuandam feri acrioris & vitiosi copiam cum insigni ægrorum levamine ac emolumento satis apti nati.

Ad *sectionem* denique tanquam ultimum asylum & anchoram sacram quidam sæpè confugiunt. Quæ tamen periculi satis plena est, & sæpè minus benè cedit, nisi in principio peragatur, ad liberationem plenariam. Redit enim brevi malum, fermento intimius massæ sanguinæ communicato.

CAP. IIX.

Remedia è Pharmacia proponit.

P*Harmaciam* adgredientes medicamenta, quæ huic morbo opponi queunt, ex ipsius diversis loculis proponimus.

Lenientia ut in quovis morbo, ubi alvus aperta servari debet, conveniunt, sic quoque hîc loci non sunt indemia, promittendo insignem utilitatem, quæ primas vias ab infarctu humorum pituitosorum & viscosorum liberant, blandèque intestina à collectis impuritatibus abstergunt & *κῆρω* eliminant. Sunt vero sequentia: *Cremor & Crystall. ♀i, ♀. ♂lat. hepat. rubr. arcan. duplicat. Myns. MP. ♀earum, pilul. aloet. lenient. Wedel. Francofurtenses, Glassiana & quidem vel ante cœnam, vel in ipsâ cœnâ, vel post hanc sumendæ; vel matutinis horis pil. ex aloe rosat. cum scammonio acuatæ, fol. senn. s. s. cum prunis dulc. cocta, Arcan. ♀i, Clyff. ♂ii ♂at. Species item laxantes, pro infusis & nodulis. Quando verò ægri horum usum abhorrent, suadendi sunt Clysteres ex emollient. *rad. alb. lil. alb. herb. s. emollient. fl. Cham. sem. fœni graci, lin. bac. laur. aliisque concinnandi.**